

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De dispositione, secunda artis dicendi parte.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Confirmatio petitur ex causis, effectis, legibus, more, & cet. Dispositio: Exordiemur, deinde narrabimus, si quid erit; mox proponemus, tum excipiemus: exceptionem confirmabimus, & contraria remouebimus: postremò perorabimus. Vide Quintil. lib. ij. cap. vi.

De dispositione, secunda artis
dicendi parte.

Dispositio partium orationis duplex.

Dispositio artis.

Dispositio iudicij.

Quintil. lib. 3.
cap. 13.

DISPOSITIO est apta rerum inuentarum collocatio, in qua vel maximè oratoris prudentia spectatur. Ea triplex est: Prima partium orationis, altera locorum & argumentorum: tertia argumentationum. Prima duplex est: Vna artis, qua naturalis ordo seruatur, vt primo loco sit exordium, deinde narratio, tum propositio, & ita deinceps ordine ab arte præscripto reliquæ partes subiungantur. Altera iudicij est, qua nullis præceptionibus tradi potest, & ad rationem temporis accommodatur, qua non nunquam exigente causa ab artis ordine recedendum est, & vel pars aliqua orationis relinquenda, vel alia aliè præponenda: vt in Miloniana causa confutatio narrationi & probationi præponitur. prius enim Cicero confutat, & præiudiciis reum liberat, quàm narrare incipit. Et in oratione pro Sylla confirmationem præcedit confutatio. Est illud accusatoris, primùm confirmare, deinde refutare: contrarium rei, qui prius aduersarij reia retorquet, quàm sua profert argumenta. Nihil hic de artificiosa poëtarum dispositione dicere instimmi, qui consultiò naturæ ordinem relinquentes, vel à medio, vel à fine suspicari solent. Contra historici res vt

gesta

gesta sunt, exponunt, natura sequentes ordinem.

Locorum & argumentorum dispositio, sicut Dispositio locorum.
 omnis rerum collocatio, oratoris iudicio relinquitur: ille totius causse natura bene perspecta videbit, vnde sit vtiliter exordiendum: de quo nihil certi præcipi potest. Illud tamen obseruandum est, in oratione Cic. pro Archia poëta, itémque pro M. Marcello, generalem Collocatio exordij.
 quandam studiosis imitandam exordij collocandi rationem proponi, quam tradit Hermogenes. Narratio Narrationis.
 temporum ordinem obseruabit: cui subiiciuntur propositio & partitio: Succedit his caussa totius explicatio, confirmatio, & confutatio. Omnes autem probationes Probationum.
 & argumenta ducuntur ex locis, quorum ea dispositio seruari solet, præsertim in confirmatione, vt firmissima probationes, quales à definitione, diuisione, causis, effectis, aliisque nonnullis ducuntur, & primo & postremo loco ponantur, vt statim initio moueatur iudex, & postremum argumentorum pondere impellatur: mediocres & infirmiores in medium agmen coniciantur, quomodo ab Imperatore perito solet acies instrui. Atque hæc quidem in genere iudiciali potissimum In iudicio.
 obseruari debet. In demonstratione personæ: In demonstr.
 crimina etatis indicabunt ordinem: in demonstratione facti, & in deliberatione primo serè loco erit honestas, secundo vtilitas, tertio facilitas vel difficultas. Argumentationis hic serè tenetur ordo atque dispositio, vt posita questione, propositio prima syllogismi seu Collocatio argumentationis.
 ratiocinationis pars collocetur; ex qua vis omnis emanat argumentationis: sequatur eius ratio, que id quod proposuimus, verum esse demonstrat: tum assumptio, qua id quod est in controuersia, cum argumento con-

Quinquépartita
ratiocinatio.

iungit, & mox eius addatur approbatio: postremò complexio, quæ concludit argumentationem ac perficit. Vide Cic. lib. 1. de Inventione. cuius auctoritatem nos etiam in Tabulis dialecticis sumus secuti, in explicando syllogismo rhetorico; cuius partes ita numeravimus, propositionem, propositionis rationem, assumptionem, assumptionis rationem, & complexionem, seu conclusionem. Harum autem partium quamquã abesse interdum aliqua possit, vt quadrupartita sit ratiocinatio, cum alterius sumptionis ratio prætermittitur; tripartita, cum viriusque: tamen absolutissima est ea, quæ constat ex omnibus. Sæpè rationes confirmantur, non rarò confirmationes desiderantur. His interdum adiicitur exornatio seu expolitio, quæ rei honestandæ & locupletandæ causâ adhiberi solet, argumento iam confirmato.

De elocutione, tertia parte officij
oratorij, eaque præcipua.

ELOCUTIO est orationis exornandæ ratio, seu idoneorum verborum & sententiarum ad res inventas accommodatio; quæ facit, vt Latine, vt planè & dilucidè, vt ornate, vt aptè dicamus. Hac pars rhetoricæ maxime propria est, & plurimum præceptis iuuatur, quippe quæ sola constet arte. Cum enim inventio & dispositio, quæ magis ingenio atque prudentia comparantur quam arte, ceteris quoque disciplinis scientiisq; sint communes; sola ornate copioseque dicendi facultas oratorum propria est. Oratio commendatur his maximi luminibus: perspicuitate, probabilitate, splendore, iucunditate, ac suavitate; quibus brevitatem addidit Cicero in Partitionibus. Et quod apud eundem Crassus

Nam ab eloquendo & orator & ars oratoria, & ipsa oratio dicuntur.

Orationis lumina & genera dicendi.